ut maneat vobiscum in eternum
non sicut ... vel de quo primo
regum xvi°. spiritus domini recessit a
saul et quis sit iste advocatus
subdit spiritum veritatis qui semper a patre
procedit. dabit scilicet alium paraclitum
spiritum veritatis hunc spiritum desiderant
quantum ad essentiam tamen non alium spiritum
veritatis quia docet vera sicut

spiritus ueritatis sancta. Iohannis xvi° Cum
venerit spiritus ueritatis docebit vos
omnem ueritatem. Respicit etiam quantum
ad hospicium quia non in infidelibus
sed fidelibus, non in omnibus hominibus
sed spiritualibus propter quod subdit quem
mundus non potest accipere et racio est
quia cecus est per infidelitatem quia
non uidet eum cognicione aperta
non scit eum quantum intelligencia.
Sapiencie primo Spiritus sanctus disci-
pline effugiet fictum et auferet
se a cogitacionibus que sunt abs-
que intellectu. Et prima Cor. ii° Animalis
homo non percipit ea que dei sunt.
Vos autem cognoscetis eum quia
apud vos manebit et in vobis
erit. Apoc. ii° Vincenti dabo man-
na absconditum et in calculo da-
bo nomen novum scriptum quod nemo
scit nisi qui accipit. De hac noti-
cia Sapiencie xv° Nosse te consumma-
ta iusticia est et scire iusticiam
tuam et virtutem tuam radix est in-
mortalitatis. Et notandum quod
dicit apud vos manebit et
apud vos erit propter duplicem
gratiam spiritus sancti prevenientem et
subsequentem propter quam eius preveniet
me. Non vos relinquam orphanos.
Hic ii° dicit promissis mandatorum ob-
servantibus promittit solacium de se-
cunda visitacione ipse quod dicit non
relinquam vos orphanos id est de-
solatos veniam ad vos spiritu vi-
sitando. Act. ult. Dixit angelus
precedet vos in galileam ibi eum
et sicut spiritus sanctus non mittitur
nisi ad bonos sic christus visitacio-
nem bonis [illegible] subdit adhuc modi-
cum et mundus iam non videbit
quia post passionem non apparuit
iudeis sed apostolis. Act. x° Dedit
eum manifestum fieri non

omni populo sed testibus preordinatis
a deo. Vos autem videbitis me quia
ego vivo et vos vivetis. Primam
gloriam que inchoatur in fide de qua
Abacuk primo iustus ex fide vivit
et quod hanc vitam fidei perfecte
habebant monstrat. In illa die vos
cognoscetis quia ego sum in patre
meo. In quo notatur personarum distinctio
et unitas essentie quod spectat ad
fidem trinitatis et vos in me et ego
in vobis [illegible] et hoc spectat ad fi-
dem redempcionis vos in me sicut
palmites in vite in me et ego
in vobis sicut inhabitator in habita-
culo templi. Templum dei sanctum est quod estis
vos. Prima Cor. iii° Qui habet
mandata mea et cetera. Hic tercium
sed quod observantibus mandata re-
promittitur. Et racio huius est quod
talis est qui servat mandata
diligitur a deo et deo beatificatur
et glorificatur. Non dicit qui habet
mandata mea et servat ea ille est
qui diligit me quia sicut dicit
Gregorius probacio dilectionis exhibi-
cio est operis. Unde [illegible] iusticie
illius huius qui servant testamentum
eius qui servat ille quidem
diligit me non tamen verbo sicut illi
de quibus dicitur prima Ioh. iii° Non
diligamus verbo neque lingua sed
opere et veritate. Qui autem diligit
me diligetur a patre meo et etiam
amare et ego diligam eum. Prover.
viii° Ego diligentes me dili-
go et dileccionem ostendam in
premio [illegible] et manifestabo ei
meipsum et hoc est premium. Unde in
Psalmo ostendam illi salutare me-
um. Glosa visio est tota merces.
Iohannis xvii° Hec est vita eterna
ut cognoscant. Dicit ei iudas
hic iii° exprimitur multum esse in
mandatorum observacione quia

xiiij

quia cum dixerat quod manifestare
se debebat apostolis et non mundo
cepit dubitare discipulus propter-
quod dicebat. Ideo sequitur Dicit
ei iudas non ille scarioth. Domine
quid factum est. i. que causa huius est
quia manifestaturus es te ipsum
nobis et non mundo et videtur eidem
quod multum est iniquum quia illi man-
data non observaverunt in quinque est
est minus intelligendi. Ideo dicit Respondit
ei ihesus et dixit ei si quis diligit
me sermonem meum servabit. Glossa Crisostomus
Quid vocatis me domine domine et non
facitis ea que dico amor dei non
est ociosus operatur enim magna si
est si autem operari renuit amor
non est exigat observacionem manda-
torum manifestacionem. Unde et pater
diligit eum et exigat dilectionem
sequitur manifestacio. Ideo dicit ad eum
veniemus et si venit deus nullum
bonum deest. Sapientie vii Venerunt
mihi omnia bona pariter cum illa et man-
sionem apud eum faciemus et hoc
merito observancie mandatorum
Unde Gregorius qui deum non diligit et
mandata eius non custodit
profecto in te deus mansionem facit
quia sic eum diligit amor
penetrat ut ab hoc amore temp-
tacionis operis recedat et ideo
ipsis manifestabor vobis quia man-
data mea servatis eo quod me diligitis
et ideo e contrario Qui non diligit me
sermones meos non servabit. Ideo
talibus non mereor me videre talis
est mundus et mundani. Infra xv
si mundus vos odit scitote quia
me priorem odit et ideo mandata eius
non servat. Ideo se non manifestat
se mundo et ne reputetis quod sermo-
nes meos propterea dixerim et non
patris subdit Et sermonem quem
audistis non est meus i. sermo

auctoritatis est ponitur causa sermonis
sed eius qui misit me patris. Glossa
Crisostomus Ex me ipso non sum locutus
sed qui misit me pater etc. Secundo
dicit hoc quod dicit si diligitis me
mandata mea servate Et postea ego
rogabo patrem et alium paraclitum
Ideo videtur quod possent dili-
gere et mandata servare ante
quam daretur eis spiritus sanctus vel si-
cut quia recepit et quo vero
quod spiritum sanctum habebant ad dili-
gendum et mandata servandum
sed eis promittebat adhuc ad ampli-
ores affectus et maiores. Unde
Augustinus restat ut intelligamus
spiritum sanctum habere qui diligit et habendo
mereri ut plus habeat et plus ha-
bendo plus diligat. Item quinto
dicit hoc quod dicit ego rogabo
patrem Augustinus et de me et gratia quia
nullus orat vel rogat pro eo quod
potest ipse facere ergo si filius orat
vel rogat pro datione spiritus sancti
filius non potest dare spiritum sanctum. Respondeo quod
commodo rogat quo meretur et hoc
in humanitate nam cum qua passus
est sublimatus sua passione et
oracione meruit nobis spiritus sancti
donacionem et cum illam nunquam
non potuit impetrare. Item quinto qo
dicit hoc quod dicit alium paraclitum da-
bit vobis sed enim paraclitus dicitur ad-
vocatus et advocatus est media-
tor spiritus vero sanctus non potest esse me-
diator ergo nec paraclitus vel advo-
catus. Respondeo quod spiritus sanctus dicitur
paraclitus in dupla significacione et
quia consolator spiritus bene dici-
tur est nobis in signum hereditatis
eterne et eciam quia advocatus
sed advocatus dicitur dupliciter aut quantum
ad personam aut quantum ad officium
filius est advocatus quantum ad per-
sonam advocati quia est media-
tor sed spiritus sanctus quantum ad officium

tux aut est advocati officium scilicet
postulare et hoc habet spiritus sanctus
Roma viij spiritus postulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus
videre et hoc quidem facit spiritus
ait xpo Nolite cogitare quod vel
ad quem patrem arguere et hoc facit
spiritus sanctus Ysaia xxiij Cum venit
arguet mundum de peccato. Item quia
debet quod dicit quem mundus non cogno
scet spiritum sanctum vos aut cognoscetis
quia in vobis erit. Sed obicit. scilicet quod
spiritus sanctus est in omnibus tam in
bonis quam in malis cum sit deus
ergo omnes cognoscunt si tu dicis
quod non loquitur de esse principali
sed per gratiam · i · sanctam quia nemo scit
utrum habeat spiritum sanctum quantum ad essentiam
gratie. Vel ideo quod hic loquitur de co
gnicione spiritus sanctus in suo effectu
manifesto. Vel non loquitur de esse
eius in nobis per essentiam sed per effec
tum. patet ut ad primum. Secundo notandum
quod duplex est effectus spiritus sancti
quidam qui est in nobis et nos
respicit sicut amare credere et
timere et nos sumus certi nos habere
eum hec habemus quidam qui respi
cit aliquid supra nos scilicet gratifi
care quod est deo gratum facere
et quantum ad hunc effectum nobis
non est notus nisi per specialem reve
lacionem licet tamen esse notus probabi
liter non certitudinaliter. Item quia
debet quod dicit de patre quod pater
veniet vel ad eum veniemus ipse quare
potius dicit de se et patre quam
de spiritu sancto et videtur quod non debeat
de patre dici quia pater mittit filium
eum et seipsum. Item quomodo venit
qui ubique est et creatura non
capit creditur quod venire dei ad
nos sicut dicit Augustinus in trinitate vero
effectum et non presenciam. Unde

qe

Augustinus in trinitate venire est effectum et non presen
ciam vel Augustinus venit subveniendo
venimus obediendo venit obiciendo
venimus intuendo venit inspi
rando venimus capiendo. Quia ergo
opera trinitatis sunt indivisa ideo quando
venit spiritus sanctus in veritatem
venit pater et filius tamen appropria
cionem attribuitur per alias personas
mittere. non sequitur quod dicit eff
ectum in patre personalem distinctio
ne ex auctoritatem et ideo si pater veniat
cum filio non tamen mittitur sed cum filio
de spiritu sancto non facit mencionem quia
supra dixit ait hec locutus sum vobis
hec est tercia pars capituli in qua iam
facta exhortacione predicit recessum
suum consolacionem ut cum factum fuerit
credant et ne de hoc desolentur
non statim ponitur sed promittitur
consolacio et subiungitur consolacio
vel unde dixi vobis et consolacio
ab habet primo ex spiritus sancti expec
tacione 2o ex patris devocione
tercio ex impetracionibus promissione
quarto ex patris exaltacionis con
gratulacione. Primo ergo ponit
consolacionem ex spiritus sancti expec
tacione scilicet quod dicit hec locutus
sum vobis apud vos manens
Luce ultimo hec sunt que dicebam
vobis cum adhuc essem vobiscum
discipulum nec debet turbari si non
intelligit quia intelligetis
in adventu spiritus sancti quem mittet
pater in nomine meo. i. in fide nominis
mei quia non nisi credentibus
in xpo datus est supra dixi qui cre
dit in me sicut dicit scriptura
flumina de ventre eius fluent aque
vive. Actuum iiij non est aliud
nomen sub celo illo in quam
spiritus ille vos docebit omnia
et suggeret vobis omnia quecumque dixero
vobis. Sapientie vij omnium artifex
docuit me sapientia est enim in illa

Spiritus intelligencie secundus pacem
meam relinquo vobis hic vos consolatur
eos ex parte divisione sine domi-
nacione inquit magna est consolacio
Io dicit pacem meam relinquo vobis
pacem meam do vobis augmentat pa-
cem ut in nunc pacem gracie et pa-
cem glorie unde aug(ustinus) pacem suam
reliquit migrans manentes hostes
vincimus pacem suam dat nobis
qui sine hoste regnabimus ysa(ie) x
xxvio efficiet in dus pacem fa-
ciet in hanc dat obedientibus
mandata ysa(ie) xlviii utinam
attendisses mandata mea ex pot
quod dicit meam quia distincte
deum est meam scilicet non mundi et io
subiungit non quo mundus dat
ego do vobis quia mundus dat
carnaliter ego do spiritualiter mundus
dat temporaliter ego autem eternaliter
mundus exterius ego non interius
ut ait sibi et phil(ippenses) iiii pax dei
que exsuperat omnem custodiat corda
vestra et intelligencias vestras pax
mundi custodit corpora et possessiones
de qua ait xo non veni mittere
pacem | Non turbetur cor vestrum
hic iam iiiio consolatur eos ex
visionis promissione quam eciam superius
premisit unde quod dicit non tur-
betur cor vestrum neque formidet Cite
vero audistis quia ego dixi vobis
vado et venio ad vos supra eo
Et si non abiero paraclitus Iohannis xvi
Iterum videbo vos et gaudebit cor
vestrum et gaudium vestrum nemo tollet
a vobis | Si diligeretis me hic iam
vo consolatur eos ex sue exal-
tacionis congratulacione dat
enim eius congratulacionem exal-
tacionem congratulari si eum dili-
gunt Io dicit si diligeretis me
utique quia vado ad patrem qui in
hoc itinere est mea exaltacio unde
subdit quia pater maior me est et

ita eum unito sedere ad dexteram
patris ego exaltor de qua exal-
tacione sic | Ebr(eos) primo | sedet ad
dexteram maiestatis in excelsis tanto
melior angelis effectus et de
hac exaltacione canticis congau-
det | xii Cor(inthios) xii | Gaudete cum
gaudentibus et nunc dixi vobis
postquam premissa est eorum consolacio
subiungitur hic recessus accelaracio
et primo notatur modus predicendi secundo
vero accelerandi tercio signum accelera-
cionis notatur ergo primo vero quare
predicit scilicet ad fidei robur unde quod
nunc dixi vobis prius quam fiat
ut credatis quia illud firmavit
fidem eorum quod viderunt evenire
sicut predixerat si enim non predixisset
dubitassent utrum hoc voluntarie
pertulissent unde post vero hoc
ad memoriam eos reducebat
Luc(e) ult(imo) hec sunt verba que locutus
sum vobis cum adhuc essem
vobiscum quoniam oportet impleri que
cum scripta sunt de me et quoniam scrip-
tum est quod oportebat xpm pati
Iam non multa | dant Chrisostomus scilicet
accelerandi vero et hec est dyabo-
li manifestacio et divine voluntatis
manifestacio dyaboli qui armabat
suos satellites ad compre-
hendendum xpm unde dicit Iam
non multa loquar vobiscum venit
enim princeps mundi huius i(d est) dyabolus acce-
lerat dyabolus eum veniebat cum
suis satellitibus scilicet tamen non cogit
quia in me non habet hec quidquam
non habebit quod quamquam exigit
nec quod reprehendat quia non habe-
bant peccatum et ipse principabatur
in peccatoribus unde Iob xli Ipse est
rex super omnes filios superbie unde
est princeps tenebrarum Ephe(sios) vi
adversus mundi rectores tenebrarum
harum et in xpo nulla tenebra

quia ipse erat lux vera que illuminat
omnem hominem venientem in hunc
mundum. Sed alia ratione dicitur scilicet vo-
luntatis magis cum dicebat Io[hannes]
dicit Sed ut cognoscat quia . di . pa . vo-
luntas eius xiiii° dicitur et sicut
mandatum dedit mihi pater sic et facio.
de hoc mandato supra x° hunc man-
datum dedit ei deus pater non quia
meruisset ipse sed pura salute om-
nium. 2a Cor. v° eum non novit peccatum
pro nobis peccatum fecit deus pater
i. hostiam pro peccato ut nos efficeremur
iusticia dei in ipso. hec autem fecit
pura dilectione supra iii° sic deus
dilexit mundum ut filium suum uni-
genitum daret. Surgite eamus
hinc. hic tamen scilicet signum accelerandi
recessus quod est in hoc quod disci-
pulos suos monet inde discedere
ideo dicit surgite eamus hinc id est
quo ostenderit nolunt pati similiter
dicitur Mat. xxvi° surgite eamus
ecce appropinquat qui me tradet
Sed hic quaeritur primo de hoc quod dicit
quod spiritus sanctus suggeret omnia
que filius dixit suggerere est in-
ferius ad hoc videtur Greg. quod spiritus
sanctus suggerere dicitur non quod scientiam
ab imo inferat sed quasi ab occulto
40 Item quaeritur quare gauderet utique quia
vado ad patrem quia pater maior
me est ad hoc arguit Arrius quod
filius minor est patre si tu dicas
hoc esse dictum secundum humanitatem non tunc
debet dicere quod ego minor me
ipso sum. Item Hylarius dicit quod pater
maior est filio secundum divinam naturam
et tunc arguitur Arrianis quod
filius minor est patre ergo non equa-
lis. ad hoc per regulam Augustini
in libro primo de trinitate quia omnia
que dicuntur de filio equaliter
omnia referuntur ad divinam naturam
que non in equaliter ad humanam
secundum ipsum responso intelligendum est unde

aug. ~~[illegible]~~ humane conditionis
laudandum est eo quod sit assumpta
est a verbo unigenito in unitatem in mor-
tales constitueretur. in celo ut incorru-
ptibilis sedeat ad dexteram patris
secundum hanc determinationem considerandum
est quod filius secundum quod deus maior
est se ipso secundum quod homo. quod autem
obicitur de hylario dicendum quod hylarius
accipit quod est maior non secundum
quod dicit excellentiam magnitudinis
persone vel virtutis sed secundum quod dicit
auctoritatem et quia pater habet auctoritatem respectu
filii sicut principium ideo dicit quod
maior est filio tamen minor non dicitur
filius quia est nomen imper-
fectionis. Item quaeritur de hoc quod dicit
et nunc dixi vobis priusquam
fiat ut cum factum fuerit credatis
ergo videtur ad hoc apostoli non haberent
fidem quia ideo predicebat eis ut
crederent. Item fides non habet meri-
tum cui humana ratio prebet experimentum
sed ideo predixit eis ex quo viderent
evenire quod dixerat experge-
bantur esse verum ergo erant vacui
a merito fidei. non dicendum est quod apostoli
habebant fidem sed tamen non ex ple-
na certa perfecte firmitatem vel
propter quia nullo modo volebant re-
cedere. vel dicendum ergo quod dominus pre-
dicebat eis passionem suam ut in
illam crederent qui nichil perver-
tebant etiam ad robur fidei ut
videntes passionem et vacillan-
tes rememorentur quia volens
ut passus est non ~~[illegible]~~ aliud dice-
bant et aliud credebant quia
videbant quod homo passus fuerat
et volens pati ut deus animam
suam posuerat et huius signum fuit
sua predictio sed non cogens ratio
que aufert meritum. Item quaeritur 40
de hoc quod dyabolus non habebat in
christo inventionem aliquam ergo

merebatur quod deus iniuste fecit quod
christum cum ad ypo. aperit. Item dicit
quod fecit propter mandatum patris
ergo si debeat obedire ergo mouebatur
ex debito non ex mera libertate
Item quod aliquem volentem puniri
pro culpa sua hoc est iuste et iudicat
aliquem volentem puniri pro culpa
aliena hoc est iuste dispensationis
et dignationis quia ergo christus
est et volens puniri pro nostra
salute placuit pati in eo iniu-
riantes eum iniustorum et puris scele-
ribus ignominiam oblatus est quia
voluit et ideo nulla iniustitia ex
parte dei facta fuit sed ex parte dyaboli
et ideo quia iniuste sibi usurpauit
dominium super ... ideo amisit iuste do-
minium quod habebat in membris
... ad aliud quod obicitur quod
debuit mori dicitur quod est de-
bitum meriti et nulla precepti
peccator debet mori quia meruit
sed christus quia pater precepit hoc
autem nullum debitum non repugnet
liberalitati quia fecit ex amore et
fecit christus et ideo dicit ut cognoscat
mundus quia diligo patrem

Ego sum vitis uera. Apostolus
hortatur est duos discipulos
plos suos ad perfectam
constantiam in hoc hor-
tatur eos ad dilectionem
perfectam et veram et quia vera
dilectio primo diligit deum et amicum
et ideo et inimicum diligit et tollerat
propter deum ideo hortatur discipulos
ad dilectionem dei secundo ad dilectionem
amicorum hoc est preceptum ibi ad
dilectionem et tollerantiam inimicorum
ibi si mundus vos odit hortatur
eos primo ad dilectionem dei et quia
qui manet manet ... in deo manens
hortatur ad manendum in se et hoc
quidem facit hoc ordine primo

describit mansionis locum secundo fructum
tertio modum quarto effectus mansionis
igitur locus exprimitur primo ubi per
viniorem dicit. sed verbis sicut pal-
mes manet in vite ideo dicit Ego
sum vitis uera ideo vera quia vinum
bonum producit. De quo Genesis xlix
lavabit in vino stolam suam et
in sanguine uve pallium suum alli-
gans ad vineam pullum suum
et ad vitem asinam suam hec vitis
non est inculta ideo dicit et pater meus
agricola est non tamen qui extra
colat sed qui intus augeat prima
Cor. iii. Ego plantaui apollo
rigauit etc. et paulo post dei
agricultura estis dei edificatio
estis sed ideo pater dicitur verus agricola
quia opus eius excedit. Unde dicit
omnem palmitem in me non fe-
rentem Matthei iii. securis ad radicem posita
omnis arbor que non facit fruc-
tum bonum excidetur et in ignem
mittetur et omnem qui fert fructum
purgabit eum ut fructum plus
afferat purgabit punitum
vel primo Johannis primo si confiteamur
...um peccata fidelis et iustus est
qui dimittet nobis omnia peccata nostra
emundat nos ab omni iniquitate
purgat ecclesia passionem in ipso
qui purgauit nos deus igne nos
examinauit sicut examinatur
argentum purgat igitur vinum optime
locauit ... mundi ideo discipulos
vim mundos hortatur ut in se ma-
neat propter quod dicit Iam vos mundi
estis etc. Iste fuit primo fidei quo
purificat credentes Actuum xv. fide
purificans corda eorum quia
ergo mundi estis manete in me
ut in vita et ego in vobis ut in
templo dicit prima Johannis iiii. qui
manet in caritate ... ideo mundicia
est mansio quia mundicia dilectio

Dictum petri

Prov. viii° ego diligentes me diligo
a patre meo. Sicut tergit palmes
mansionibus locum. Sic tenet sero-
mansionibus fructum quem hic pal-
mes non sine vite sed in vite. Ideo
mirum quod fructus ex palmite ori-
ginem habet ante primo mansio-
nis perfectionem 2° in proposito primam
sionem proponendo dicit sicut palmes non
potest facere fructum a semetipso nisi vos
nisi manseritis in me et ideo si qui non
sciunt fructificare necesse est quod ma-
neant in eo a quo fructus habet ori-
ginem. Item Ezech. xv°. Ipsum dedit caput
super omnem ecclesiam que qui est corpus
eius et plenitudo eius qui omnia
in omnibus adimpletur. Ioh. primo
De plenitudine eius accepimus omnes. Sic
nos non potestis fructificare nisi
manseritis in me sed sine me potestis quia
ego sum vitis vera et vos palmites
et ideo qui manet in me et ego in
eo hic fert fructum multum et ideo
manete in me tamquam fructus
in origine quia sine me nichil
potestis facere. Ysa. xxvi° Omnia opera
in nobis operatus es domine et quod
nichil potest sine me ipso ostendit
sequitur si quis in me non manserit. 3° autem
separatus ex eius unione perdetur
perfectionem abscindetur et Apok.
ult. Foris quasi canes vene-
fici et impudici et non faciet
fructum. Unde dicit et arescet priua-
tionem gracie. Et colligent
eum et in ignem mittent et ar-
det quia ardebit per afflictionem
pene. Unde mala consequuntur. Primo
quod plantatio ait Math. xv° Omnis
plantatio quam non plantavit
pater meus eradicabitur. Parescet
Math. xxi° dixit dominus ficulnee
nunquam non inveniens nisi folia tan-
quam expers fructus arescit. Ideo autem
tamquam terra ... colligentur
primo ... Math. xiii° Colliget

de regno eius omnia scandala
Quinto igne comburitur. Ezech. xv°
fili hominis quid fiet de ligno vitis
et sequitur Ecce igni datum est. 3° pro-
ostendit fructus originem propter man-
sionis. Sic vitis est idem ostendit propter
in vite mansionem quem fructum
dat et respectu sui. Si manseritis
in me et verba mea in vobis manse-
rint non sicut illi de quibus ait Luce viii°
ad tempus credunt et in tempore temp-
tationis recedunt sed sicut illi de
quibus in ps. c° qui servant testamen-
tum eius et memores sunt manda-
torum ipsius ad faciendum ea quodcumque
volueritis petite et fiet vobis.
Ioh. ix° Si quis voluntatem dei facit
hunc exaudit et quia non solum
est fructus respectu sui sed etiam proximi
quo tendit ad dei gloriam. Ideo subdit
In hoc clarificatus est pater meus
ut plurimum fructum afferatis ut sic
homines videant vestra opera bona et
Math. v° Sic luceat lux vestra
coram hominibus et ex hoc efficiamini mei
discipuli i. imitatores quia plurimum
fructum nobis attulit per suam mortem
supra xii° Nisi granum frumenti mortuum
fuerit multum fructum afferet. Sicut
etiam apostoli in ecclesia ... de
eis quod plantaverunt ecclesiam sangui-
ne suo. Primo Col. primo Adimpleo
ea que desunt passio-
num Christi. Sicut dilexit me pater
hic tangitur 2m scilicet manendi modus
qui est per dilectionem ad quam
nos debet imitare quod ipse
prior nos dilexit. Ideo dicit sicut
dilexit me pater et ego dilexi
vos et ideo manete in dilectione
mea. Primo Io. iv° Et nos ergo
diligamus deum quoniam ipse prior
dilexit nos et quia veram di-
lectionem opus manifestatur sub-
iungit si precepta mea servaveritis
manebitis in dilectione mea

sicut et ego precepta patris mei servo
et maneo in eius dilectione / Secundo
primo ut cognoscat mundus quia di-
ligo patrem et sicut mandatum
dedit mihi pater sic facio sic et vos debetis
facere / Prima Iohannis primo / qui dicit
se in illo manere debet sicut ille am-
bulavit et ipse ambulare / Deutero x
et incipit quia deus deus petit
a te nisi ut timeas eum et ambules
in viis eius et diligas eum / Hec
locutus sum vobis. Hic tangitur tertium scilicet eff-
ectus mansionis et effectus est gaudium
in patria dicit ut gaudium meum sit
in vobis hoc est gaudium patris quo ego
in patria gaudebo in deo meo i. modo
de quo Philippenses ultimo Gaudete in
domino semper iterum dico gaudete propter
gaudium in futuro dicit et gaudium
vestrum impleatur. De quo Mathei xxv
qo. Intra in gaudium domini tui. Secundo queritur de hoc
quod dicit ego sum vitis vera
secundum planctuarie videt angelus qui
addens vera ab illa se distinc-
tam dicam est quod quasi est in anima
vitandum vel aliena / Iere ego
quod quasi est in patria vinea ale-
vum dicitur vera ut possit secundum vera
quia non alie pt dici tamen
quod sicut vinum verum est quod
habet operationem vini sic vitis
vera que habet operationem vitis
ergo adiectum tunc est vera quando
vinum producit non vera que non fruc-
tificat per se planctum dicitur vera que habet
actualiter non vera que non habet
sic et Christus quia verum habet actu
vel vera vitis dicitur secundum synagoga non
qo. degena in primis ex spectavit ut fa-
ceret uvas fecit autem spinas secundum
tunc vestri ego quare deus qui
non similiter magis se comparat
vitis quam vinea et ligna vitis vitis
lignum non est hoc propter corpus verum
et misticum verum corpus Christi verus
cibus est et verus sanguis

est verus potus quia regitur ex
granis simul sic panis operare
refectivus et hec ex multe vini-
operatione potatus se comparat se
viti et grano et inde est quod
his duabus speciebus sacrum al-
taris conficit. Alia ratio est propter
corpus misticum quia sicut ex pluribus
granis simul et aquis =
hoc conficitur panis et vinum sic
ex pluribus fidelibus corpus Christi misticum
Item queritur tertium quia verum Christus qo
sit vitis cum tertium dicam agricola-
tum et quod tertium humanum dicit
Augustinus unigenitus sunt vitis et
palmites propter quod esset deus
cum natura non sumus factus est
homo ut in illo esset vitis humana na-
tura et nos palmites esse possemus
secundum contra hoc est quod tertium Christus vitis
in fluit in palmites humore
sed ego si humorem gratie non influit
nisi solus deus ergo tertium quod est deus
ergo est vitis tertium divina natura item in
hac vite omnes sancti ab Abel usque
adultimum insitum mansuit et
processerunt secundum Christum tertium humanum vitis
secutus est Abel ergo non fuit pre-
vitis tertium humanum natura vitis
est quod quedam dicitur deo absen-
te hoc sicut esse eum et impale
que tertium humanum poterat secundum esse mor-
talem et passibilem quedam tertium hu-
mana patet unita divine et ergo ipso
ut esse mediatorem natura si esset
deus tantum non mediator sed deus
et homo enim mediator et tertium hoc
vitis caput est ecclesie tertium Christus medi-
ator item quod dicitur vitis tertium humanum ra
natura pure secundum tertium quod quando erit
divina in unitate ypostasis et pre-
unitate ypostasis Christus est ob-
iectum fidei tertium natura utraque unde
inquantum credimus deum et hominem
et quia sine hac fide implicata

vel explicata in illis fuit salutis
l. ¶ Timor gratie abstrahat mente in omni-
bus redundauit etc. pro quo modum
fuit respectu [illegible] esset pre-
cedentium et sequentium unde et qui
preibant et qui sequebantur clamabant
osanna filio David unde optime figuratus
est Christus per Boos qui est allectus de
tanta prouisionibus / 2 Regum xxiiii° quem
afferebant in humeris et qui pre-
ibant peribant sed non videbat se-
quentes peribant sed 2 videntes ¶ Et
q° quia Augustinus de hoc quod dicit Vos
mundi estis propter sermonem quem locutus
sum vobis quia sermo est exterius
immunditia intus quomodo corpus exterius
sermo intus mundare non potest vel
corpus profitens vel propter fidei sacramentum propter
fidem quia fides exaudita corde
cor purificat propter fidei sacramentum quod est
baptismus unde Augustinus aqua mundat de-
terget unde quid est aqua nisi aqua
accedat verbum elementum et fit sacramentum
illud autem verbum fidei est sacramentum
et si sit verbum tamen mundat ut dicit
Augustinus non quia dicitur sed quia creditur
Romanos x° Si confitearis in ore tuo
dominum in celum Deum et in corde
q° tuo credideris quia Deus exaltauit
eum a mortuis saluus eris Creuit
de hoc quod dicit pater tollet eum pal-
mitem non ferentem fructum aut
tollet de vite aut tollet de vita
de vite vel quia non ¶ pro de filio-
rum separat aut si tollit quod nos
tollit de vite quia qui non operatur
boni hoc ipsum separatus est a vite
Christo quia fructum non habet ymo
reddit si de vita illud solum est quod
plus [illegible] mali quia boni ut
in Iterum ¶ tamen bonos etiam tollit
de vita corporali sicut malos non
quod palmites a Christo trahunt non
tamen necesse sed tamen gratie et tamen glorie
sed amissi vel separati palmites
abstrahat mente non per mortem nature
sed per mortem culpe vel dampnationis
extreme unde palmites infructuo-
si et qui in vacuum gratiam dei re-
cipiunt a vite separantur in isto sue
culpe iudicio diuine iustitie unde
Apocalypsis iii° Quia tepidus es et ceteris
incipiam te euomere quia in isto
iudicio gratiam imponit eis deus
iudicio dampnationis extreme tollentur
ut in ignem mittentur quia tempus
inexpendi eis perdidit unde dicit
tollet non quia statim auferet
cum locum prius turbauit ¶ Et quia
de hoc quod dicit Sicut dilexit me
pater et ego dilexi vos quod sicut est
quia dilectio patris ad filium est nat-
uralis dilectio filii ad nos est pure gra-
tuita quo non videtur similitudo / Crescit
ergo per quod dicit sicut dilexit me
pater in [illegible] quod sicut dicit Richardus
de Sancto Victore in diuinis est amor
pure gratuitus debitus et ex utroque
quod per modum amor patris ad filium est
pure gratuitus quia pater dat filio
et nichil recipit amor non spiritus
ad patrem et filium est pure debitus
quia tantum recipit Amor non filii ad
patrem est debitus quia recipit
ad spiritum sanctum gratuitus quia dat
quia igitur filius dilexit nos
gratuitate pure eo amorem quo
diligit nos comparat amori patris
ad se hoc est preceptum meum postquam
hortatus est duos ad dilectionem
dei hic nos hortatur ad dilectionem
fratris et amici et hoc quidem facit
pro hunc modum primo ad dilectionem
proprium astringit in tuitu obedientie
2° in tuitu diuine amicitie bonorum
in tuitu diuine remunerationis eterne
astringit primo precepto obedientie et
in incredibili esse non inuolunta-
ria tamen quam preceptum ipse quod dicit

hoc est preceptum meum ut diligatis invi-
cem. Jo. xv^o. Mandatum
novum do vobis et ideo subiungitur sicut
dilexi vos non verbo vel lingua
sed opere et veritate sicut ego vos
et ipse opere dilexit vos eo-
monstravit maiorem in quo hanc
dilectionem nemo habet quam ut
animam suam ponat quis pro amicis
suis q. d. non plus potest facere quam
vitam dare pro omnibus caris. Ephes.
v^o. Christus dilexit nos et tradi-
dit semetipsum pro nobis oblationem etc.
et hec fuit vehementissima dilectio
non solum in Christo qui tradidit se et
animam suam sed in patre. Unde Roman.
viii^o. Proprio filio suo non pepercit sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Unde
non traditum quam magna est dilectio
qua non dilexit filium super hanc di-
lexit nos Christus. Ysa. xlix^o. Nun-
quid oblivisci potest mulier infan-
tem [illegible] maior quam uxor viro
et super hanc dilexit nos. Jere.
iii^o. Vulgo dicitur si dimisit vir uxo-
rem suam numquid revertetur ad eam
ultra tu autem fornicata es cum
amatoribus multis tamen revertere ad
me et ego ad te. Item maiora
[illegible] ad cor et super hanc di-
lexit nos Christus. Jere. xii^o. Reliqui
domum meam dedi dilectam animam
meam in manu inimicorum et ideo verum
est illud Canticorum viii^o. Fortis est
ut mors dilectio. Vos amici mei
estis. Hic secundo hortatur ad dilectionem
mutuam dicens amicitie. Unde offert
amicitiam suam hiis qui servant
precepta sua ut magna dixi pre-
ceptum in vitam diligunt. Ideo
quod dicit Vos amici mei estis
si feceritis que ego precipio vobis.
Magnum quod promittit cum ami-
citiam promittit. Aug. Magna
est dignatio domini cum vos amicos
vocare dignatus est cum sit

amicus nomen paritatis. Est enim a-
micitia divinarum humanarumque rerum cum volun-
tate consensio. Sed cum sapientia nos
dei constituat unde sapientia in animas
sanctas se transfert et amicos dei con-
stituit. Quo maior dilectio est
dilectio probatur in opere. Ideo dicit Vos
amici mei estis si feceritis que ego
precipio vobis. Ex amore amici
non ex timore ut servi quia non
est amicus in servitute. Ideo dicit
Iam non dicam vos servos. Licet
sub servitute. Roman. viii^o. Non accepistis
spiritum servitutis iterum in timore
sed spiritum adoptionis filiorum et
per consequens hoc est quia servus nescit
quid faciat dominus eius. Vos autem
non sic. Ideo dicit Vos autem dixi
amicos quia omnia quecumque
audivi a patre meo nota feci vobis.
Hoc signum est magnum amicitie
revelatio secreti. Ephes. primo.
Notum fecit vobis sacramentum volunta-
tis sue. [?] xiii^o. Vobis datum est etc.
Non vos me elegistis. Hic tertio
hortatur ad dilectionem in tanta re-
muneratione et [illegible] ad quam vocati
erant non per se venerant. Ideo
dicit Non vos me elegistis sed ego
vos elegi. Ephes. primo. Elegit
nos ante mundi constitutionem et ad quid
elegit subdit et posui vos ut eatis
et fructum afferatis in aliorum conver-
sione et sit predicationem ubi dei quod
est [illegible] semen quod fructum
affert quod recipitur in terram bonam.
Luc. viii^o. Quod autem in terram
bonam hii sunt qui in corde
bono et optimo audiunt verbum
dei et fructum afferunt in patientia.
Jac. v^o. primo. Beati [illegible] ex-
[illegible] et fructus vester maneat ad
vitam eternam et consolationem
[illegible] remunerationem et subiungit
[illegible] et quodcumque petieritis
patrem in nomine meo dabit vobis. Quod

sit ad vitam salutem dedit vobis
hec autem que est precepta domini est nostra
salus vera act. iiij. quociens reg-
dei sic petebat. illa scilicet ea in
ps. unam petii a domino hanc requi-
ram et intuitu huius vertimus mandatum
dei mandatum ipsum servare est ideo
illud dicat hoc mando vobis ut dili-
gatis invicem mandatum dilectionis
dei quod mandatum est expressum dedit
non super xiij mandatum. Notum
do vobis et prima thess. iiij de kari-
tate fraternitatis non necesse habemus scribe-
re vobis ipsi enim vos a deo didicistis
ut diligatis invicem sed queritur
primo de quod dicit hoc est preceptum
meum cum tamen divina eloquia
sint plena divinis preceptis quid
est quod de dilectione singulariter dicit
hoc est preceptum meum. Dicit augustinus
quod divina precepta multa sunt et tamen
multa per diversitatem operis sunt in
radice dilectionis et radicem
dilectionis dicit quia ideo hic vidi et
... boni operis nisi man-
sit in radice dilectionis quia ergo
mandata omnia precepta dilectionis
referuntur in quo omnia continentur
et implentur inde est quod dicit hoc est pre-
ceptum singulariter. Item queritur de hoc
quod dicit maiorem dilectionem
nemo habet ut animam suam ponat
contra ... aliquis dicit
fit et alius ... pro inimico
... quid est ergo quod dicit maio-
rem etc. Item in patria est multo
maior caritas quam hic in via
quid est ergo quod dicit maiorem ergo
caritatem etc. quod hic non dicit sim-
pliciter ... ad hic caritatis ...
proprium ... ad signum effec-
tum quia hoc est proprium signum
dilectionis ... quod maius
est pro inimico mori quam pro amico
ergo adhuc non est maximum signum

dilectionis mori pro amico. Sed inquit
apostolus Roma. v° plurimum amoris
Si cum inimici essemus reconciliati
sumus deo per mortem filii eius multo
magis reconciliati salvi erimus in
vita ipsius. Ad hoc videtur glossa quod
hoc nomen amico non tamen supponit
pro hiis qui deum diligebant sed etiam
pro inimicis qui amici dei erant quia
deus eos amabat dum pro eis
animam suam ponebat. Ut intellectus
quod deus loquebatur de dilectione
amicorum et quantum ad illam dilectio-
nem magis signum quam mori
pro amico unde non notatur hic excessus
simpliciter. Sed inquit item queritur de hoc
quod dicit iam non dicam vos servos
sed ... xv° ... fuit hoc
et ... beatificandos servos quod
est ergo quod dicit non dicam vos
servos. Item supra xiij° dixit se dominum
eorum ... et illos di-
xit servos ... quod servus dicitur dupli-
citer ... propter obedientiam et
subiectionem et sic non distinguitur
contra amicum et omnes amici dei
servi sunt eius. Alio modo servus dicitur
serviliter timens et talis qui solo
timore servit amicus non est et de
tali loquitur hic quia nolebat
quod mandata eius serviliter imple-
rent sed potius amicabiliter. Item
queritur de hoc quod dicit omnia que
audivi a patre meo nota feci vobis cum
audivit filius a patre infinita
ergo nota fecit infinita videtur
quod non loquitur de hiis que
audivit sed quod deus est quod
homo ... quia dicitur ...
homo ... non tamen ...
noluit revelare ...
... quod omnia pertinentia ad salu-
tem ... Ad hoc ...
... vobis dicere que
non potestis portare modo et con-
stat quod ad eorum salutem ...

Respondet Aug(ustinus) omnia non fecit
(et) disposuit nobis facere sic eum sic
que loquitur scriptura ponens preteri-
ta pro futuris in signum certitudinis vel
omnia necessaria ad salutem eorum que capere
non poterunt 2° patent omnia ista
consequenter dicit quod dicit non vos me
elegistis etc. Deutro(nomii) xxvi° dominum
elegisti ut sit tibi deus sed unitas
liberi arbitrii consistit in electione
quo invitabantur si ipsum non elige-
runt unus quod hic intendit est bo-
no quia primo nos elegit dominum
sed 2° quia ipse elegit predestinando
et postmodum elegit ex aliis vocando
deo sed nos postmodum eligimus non
electioni consenciendo / si vos mun-
dus odit hec est tercia pars capi-
tuli in qua dominus hortatur ad tollerancia(m)
inimicorum persecucionum et hic quidem
facit primo proponit motivum primo dicit inimi-
cicia[illegible] non exigit precedentem
iniuriam ut in iniuria[illegible] vero
ostenditur persequentur sine odientem ma-
liciam quia non sunt in innocencia
quia vero discipulos animat
ad pacienciam primo quod predicit mundi
maliciam que futura erat contra
membra ad exemplum capitis fuerat
enim odium mundi respectu capitis
quod est Christus propterea quod dicit si mundus
vos odit scitote quod quia
me priorem vobis odio habuit
racionem huius odii assignat dominus
supra capitulo iii° Omnis qui male agit
odit lucem et supra vii° me odit
mundus quia testimonium illi perhibeo
quod opera eius mala sunt propterea hanc
eandem racionem huius odii reddit
quia ipsi dissenciebant a mundo
propterea quod dicit si de mundo fuissetis
(et) in mundo mansissetis / proprium con-
suetudinis mundus suum erat diliget
vii supra vii° dicitur mundus eius [illegible]
autem vero propterea est patimini non sic
vos odisse mundus quia non de mundo

estis (i.e.) mundane conversacionis sed
ego elegi vos de mundo propterea odit
vos mundus illud odium significatum
fuit Gen(esis) xxvii° Oderat enim sed
dicitur oderat Esau Jacob pro benediccione
qua benedixerat eum pater quia mundanos
vos et reprobos signat sed electos
electos / mementote sermonis. hic autem
[illegible] eodem modo quo invicem
scilicet capitis et membrorum propter capitis
ad exemplum capitis propterea quod dicit me-
mentote sermonis mei quod ego
dixi vobis non est servus maior
domino suo supra xiii° amen amen
dico vobis non est discipulus super
magistrum neque apostolus maior domino
et ideo sic arguit si me persecuti
sunt et vos persequentur et illud est
quia ut predixit et persequentur ca-
put eciam membra ut Aug(ustinus) sic
cupit esse in corpore qui odium
non vult sustinere cum capite de per-
secucione capitis hic in Ps(almo) persecuti sunt hominem et mendicum ·viii·
compunctum corde mortificare dicit si sermonem meum
servaverunt et vestrum servabunt (i) sicut
sermonem meum contempserunt ita
et vestrum Luc(e) x° Qui vos audit
me audit et qui vos spernit me
spernit vel servaverunt (i) servaverunt ad
calumpniandum / Luc(e) xxii° Ab
[illegible] pharisei consilium inierunt
ut caperent Jhesum in sermone et in
[illegible] peccator [illegible] et
[illegible] persecuti fuerunt mundani
caput et membra non persecuntur
caput propter membra sed [illegible]
[illegible] sed hec omnia vos facient
propter nomen meum propter delendum
pro quo [illegible] est [illegible] vos persecu-
tio. et ideo [illegible] causa infideli-
tatis quia nesciunt eum qui misit
me supra viii° neque me scitis neque
patrem meum scitis et in fine [illegible]
si non venissem. hic in textu [illegible]

odiendo me et persequitur malicia in excusabilem tunc peccatum quia audierunt tunc peccatum que viderent et que audierunt unde dicit si non venissem et locutus eis non fuissent verba ioh. sidera et audiendo verba peccatum non haberent sed ita grave et inexcusabile quia luce xii⁰ dicitur servus qui cognovit voluntatem domini sui et non facit vapulabit plagis multis et ideo si non audissent excusabiles essent aliquo modo ignorancia nunc autem excusacionem non habent de peccato suo quia non ex ignorancia non crediderunt sed ex odio quod odium redundat in patrem ioh. quod dicit qui me odit et patrem meum odit superbia enim elevati sunt pro exemplum eorum qui te oderunt ascendit semper quia ergo ex malicia eorum audire recusarunt ideo inexcusabiles sunt luce xii⁰ regina austri surget in iudicio in generacione hac que venit a finibus terre audire sapienciam salomonis roma. xii⁰ inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas in quo enim alium iudicas teipsum condempnas sic inexcusabiles eciam sunt iudei propterea que viderunt ideo dicit si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent sed in credendo tam magnum peccatum quia sicut supra v⁰ dicit opera que ego facio testimonium perhibent de me nunc autem et viderunt et oderunt me et patrem meum et ideo scienter et ex malicia recusant credere et persequuntur ioh. ideo inexcusabiles sunt augustinus xix⁰ de e [illegible] ne e sicut [illegible] quia si in tyro et sydone dico vobis tyro et sydoni et hec in die malignitatis in scriptura est ioh. ca dicit sed ut adimpleatur sermo qui de lege eorum scriptus est quia large lex pro toto comprehendit quia odio habuerunt me gratis in ps. scriptum qui adversantur mihi gratis et qui oderunt me gratis et annuunt oculis ociabilis ps. dum loquebar illis et cetera. Illud odium persequuti sunt gen. xxxvii⁰ ubi dicitur quod fratres ioseph oderunt eum et non poterant ei. Cum autem venerit hic modo insinuat innocenciam ex commendacione testium ioh. et apostolorum ioh. cum dicit cum autem venerit etc. ipsi me persequuti sunt tamquam virum nequam et morte dignum. Cum autem venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre meo ille testimonium perhibebit de me i. ioh. est testis quod dedit deus omnibus obedientibus sibi perhibendo de me in more tua testimonium arguet mundum de malicia. supra xvi⁰ cum venerit paraclitus ille arguet mundum de peccato quia non credit non solum ille testimonium perhibebit sed vos illo confirmati vos testimonium perhibebitis quia ab inicio mecum estis act. primo eritis mihi testes et qui vobiscum sunt congregati ab eo tempore quo intravit et exivit inter nos dominus testem fieri resurreccionis eius sic testimonium non crediderunt apostoli ante adventum spiritus sancti sed post unde petrus ad vocem ancille christum negavit cum magistratu ante principes sacerdotum post missionem spiritus sancti viri debat act. v⁰ oportebat obedire magis deo quam hominibus. Hec locutus sum vobis.

Hic iam questio divinat discipulos suos ad paciendum ut scilicet ioh. tribulacionibus non deficiant sed eas sustineant ioh. ca. dicit hec locutus sum vobis ut non scandalizemini quia dicit greg. minus feriunt iacula que previdentur et tollerabilius mundi mala [illegible] sustinemus si contra hec premunimur

clipeo muniuntur. Ideo sumunt eos
de tribus conventui absque synagogis faciet
vos. Act. 8o Facta est persecutio
magna in ecclesia [illegible] et eo dis-
persi sunt omnes per regiones Iudee
et Samarie et Saulus [illegible] acerbe
persecutionis subiungitur. Sed venit
hora ut omnis qui interficit vos
arbitretur obsequium se prestare deo.
Hora autem ista fuit tempore predicationis
apostolorum tunc occidendo eos arbi-
trabantur se bene facere unde exemplum est
in Paulo Act. 9o Saulus petiit litteras
a principibus sacerdotum in Damascum ut si quos
inveniret huius vie viros ac mulieres
vinctos perduceret in Ierusalem. Talis
talibus autem cogitatio orta est ab in-
fidelitate et ideo dicit et hec facient
vobis quia non noverunt patrem
neque me id est propter ignoranciam et incre-
dulitatem. Exemplum est in Paulo prima
Thim. primo qui blasphemus et perse-
cutor et contumeliosus sed ignorans
hec feci in incredulitate. Que igitur
hec mala ~~[illegible]~~ [illegible] discipulos
predictos predicens eis unde dicit Sed hec
locutus sum vobis ut cum venerit
hora eorum quia [illegible] vos
reminiscamini que ego dixi vobis
reminiscentia et [illegible]
valet ad omnia mala perferenda
contrario oblivio nocet. Ideo dicitur
Deutro. 8o Cave ne quando obli-
viscaris domini dei tui et negligas
mandata eius et recordatio
sermonum dei hominem erigit et di-
rigit unde ait 26o recordatus
est Petrus verbi Ihesu et egressus fo-
ras flevit amare. Postea reminiscentem et quanto
ad dominum omnibus finibus [illegible] sed quanto
hic primo de hoc quod dicit non no-
verunt me quia neque ipsi postea
cognoverunt christum quod sic videtur
quia de eo ait 26o in parabola de vi-
nea illi cultores dixerunt [illegible]
hic est heres venite occi-
damus eum. Item in Luca dicitur

quia nunc autem et viderunt et oderunt
me ergo scientes ipsum oderunt sed
hic est quia Act. 3o Et nunc
fratres scio quia per ignoranciam fecistis
sicut et principes vestri ergo principes per igno-
ranciam occiderunt christum ergo non
cognoverunt. Item prima Cor. 2o Nam
si cognovissent numquam dominum
glorie crucifixissent [illegible] quod christus et [illegible]
[illegible] promissus
[illegible] in lege sed ergo quod [illegible]
[illegible] cognoverunt quod ipse erat
christus promissus et [illegible] et in [illegible]
sed quod esset dei filius non cognoverunt
quia eius [illegible] agnitam impug-
naverunt nolentes ostendere ipsum
non esse neque bonum neque [illegible] ideo
excecati sunt ut in eo divini-
tatem non cognoscerent [illegible]
oderunt quia ergo dicitur autem cog-
noverunt aut quod non referenda
est cognitio ad diversa cogitata
Alii referunt ad diversa tempora quia
in principio cognoverunt sed postmodum
in [illegible] excecati sunt [illegible]
Item [illegible] dicit quod dicit
si non venissem et locutus eis non
fuissem peccatum non haberent ergo
[illegible] illi qui non audiunt
et non credunt non dampnantur
propter infidelitatem quod manifeste
falsum est quia nullus salvatur sine
fide. Item sed hic Tyrii et Sydonii
qui non crediderunt non dampna-
buntur quod manifeste est falsum
[illegible] quod per excel-
lenciam [illegible] quia peccatorum nomine
peccati [illegible]
[illegible] peccatum in speciem
quod est [illegible] peccatum [illegible]
[illegible] nomine igitur
peccati [illegible] peccatum in [illegible]
[illegible] peccato [illegible]
infidelitatis et sic non haberent
[illegible] si solum remansissent in
infidelitate. Si opera non fecissem

90

signa manifestasset eis. Item
circa textum quod dicit si opera non
fecissem in eis que nemo alius fecit
illud videtur falsum quia maiora
et mirabiliora signa legimus in
veteri testamento legimus enim mare
rubrum divisum et iordanem
conversum vel aves de celo pastos
mortuos suscitatos et multa
talia. Item ipse dominus dicit qui
credit in me maiora horum
faciet ergo signum aptum non erat
ad eum signum ut sciri potuit
quod ipse esset Christus. Ad hoc glosa
videtur quod non intelligitur de operibus
miraculosis sed de mirabilibus
ut quod mulier circumdedit virum
et quod ipse de virgine natus est
et consimilia sed illud non sic sunt
quia hec non credunt non. Ideo solutio
dicendum est aliter aliquod hoc dicit
quantum ad operum multitudinem et diu-
turnitatem quia nullus umquam
tot miracula et tot mira fecit
sicut Christus vel faciendum est vel
in hoc quod dicit fecissem que
nemo alius fecit quia non
erat deus sed ad omnia in nostro
facta sunt Christus autem fecit tamquam
ille qui erat omnipotens. Item circa q°
textum quod dicit viderunt me
me et oderunt me contra hoc
est quia sicut dicit Augustinus nullus
convictus est odisse deum quo-
modo ergo oderunt patrem. Item nec odit
nisi quod novit sed ipse dicit
quod non noverunt patrem et me
et in multis ergo deum non habebant
odio. Solutio ad hoc dupliciter. Primo ut
distinguatur odium quia est odium
vero quod est in affectu contrario
ipsi adversus aliquem et nullus potest
odisse deum et est odium impro-
prie inquantum aliquis ad modum
odientis se habet sic dicitur aliquis
odisse deum quia voluntati eius
adversatur. Aliter dicitur quod deum conspicere

ipsum ut iustum et in suis operibus
nullus potest deum odisse nec odium
in se odit timere enim quod iusto
quod autem obicit Augustinus dicendum
quod illud Augustinus retractat tamen
illud verum est de actu odium sicut
expositum est quod obicit quod
non cognoverunt dicendum quod est co-
gnitio eternitatis et claritatis perfecte
et hac nullus deum cognoscit
nisi sit comprehensor et est cognitio
non eternitatis sed enigmatis et hac
nullus deum cognoscit nisi fidelis
est et est cognitio estimationis
et hac infideles et multi mali
cognoscunt et hec sic cognoverunt
patrem et per consequens odire potuerunt. Item q°
circa textum quod dicit veniet
hora ut omnis qui interficit vos
contra hoc illi qui occidebant apostolos
bona intentione occidebant er-
go merebantur. Si tu dicas quod
non potuit bona intentione fi-
eri falsum est quia multa in genere
que non sunt mala possunt bene
fieri possunt et tale est occidere
secundo quod quedam sunt opera que
nullomodo possunt fieri ut mentiri
sicut dicit Augustinus quia contraria
sunt mala ut dicit philosophus
quedam autem sunt que statim
possunt bene fieri tamen adest bona
intentio ut sunt bona in genere
quedam que non sunt bona sola in-
tentione nisi assit circumstantia et ordo
et talia sunt occidere et consimilia
unde quicumque homo occidit alium
proprio nisi assit ordo iudiciaria
nullomodo bene fit. Tali modo vi-
gebat in apostolis quia iusta causa
et in quisito debente. Hec autem
admonitio super dominus ubi eandem
non confirmavit discipulos
in fide et dilectione in hac parte
intendit eos confirmare in
spe exaltatione consolans

eos contra turbacionem et desolacio
de suo recessu et hec pars dividitur in
tres partes. primo ponit consola
ciones dicens prima consolacio est
ex spiritus sancti remissione 2o vero
ex filii visitacione et hec debetur
modicum et non videbitis me
tercia est ex patris audicione amen
